

Bibliothèque numérique

medic@

Donati, Giovanni Battista.

**Commentarius in magni Hippocratis...
librum de Morbis virginum,
antepositis verbis graecis et iisdem
latine redditus par Giovanni Battista
Donati**

Lucae : ex Bibliotheca Iulii Guidobonii, 1582.

Cote : 5840

IO. BAPTISTAE
DONATII
COMMENTARIUS

IN MAGNI HIPPOCRATIS
Cuius librum de Morbis Virginum,

ANTEPOSITIS VERBIS GRAECIS,
& iisdem latine redditis.

FORS LEVIS

VERSATVR CELERI




ORDE ROTAE



L V C A,
Ex Bibliotheca Iulii Guidobonii
cl. b. xxcii.

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10



A D
 COMPAGNVM COMPAGNIVM

I. C.

PATRICIVM LVCENSEM

IOAN. BAPTISTÆ DONATHI

PRÆFATIO.



VI Virtutem sequitur, voluptas
 tum omnium blandicijs felicitas
 tem assequitur; etenim ex virtute
 incredibilis perpetuo capitur
 letitia: vir bonus aut illico sibi,
 quæ maxime cupit, parat; aut
 paullo post eadem sibi comparat
 bit. cum bonus fruitur, voluptatem habet, quam summos
 pere omnes semper expetiuerunt. expectatio autem spera
 optimam affert; qui fructus virtutem colentium est quam
 uberrimus. ea bonorum mentes semper aluit, inertiam pe
 pulit; quapropter boni summa alacritate in recta viuendi
 ratione se exercent: Id tu egregie percepisti, qui primis tem
 poribus ætatis tuæ id potissimum vitæ genus secutus es, in
 quo ad virtutem, ad quam vulgus hominum minime
 aspirat, omnes tuas actiones, cuncta tua consilia semper re
 tuleris. Qui hæc non intelligunt, conuertant se aliquando

2 2 ad

ad eorum inmanitatem, qui abiecta virtute turpia quæque
 confectantur. hos, & dolore perpetuo, & timore maximo
 lacerari oculis prope cernent, quos consequitur, immo vero
 cum illis coniungitur tremor, & eiulatus; cum enim illos
 aut urgere, aut ipsam impendere semper aliquid mali ne-
 cesse sit, stimulantis mali sensus dolorem gignit, futuri ex-
 pectatio timorem, & mœsticiam parit. Qui etiam plane
 cœcutiunt, ponant sibi aliquando ante oculos Ciceronem et
 Brutum, Catilinam & Antonium. in hisce perspicient
 voluptatum illecebras, dolorum faces, diuitiarum splen-
 dorem, paupertatis metum; honorû cupiditates, ignomi-
 niæ terrores; in summa denique tenuitate rapacitatem, in
 maximis pecunijs largitionem, et corruptelam. Illos vide-
 bunt in pace letantes, in bello optima quæque sperantes. Ci-
 ceronem vero eloquentia, quæ virtutis est comes, optime
 instructum afflicto excitare, sceleratos constringere, arma-
 tos superare. Bruti sublimiorem omnino, et excelsiorem ani-
 mum, incredibilem illius fortitudinem, sæpe quidem fortu-
 næ fluctibus verberatum, at nunquam commotum, nun-
 quam conuulsum, nunquam fractum, neque uero plane con-
 stat Brutum uirtutem quidem agnouisse, sed eam sedulo se-
 quitum non esse; aut assequutum quidem esse, sed res aliquã
 do non gessisse amplissimas; versatur enim ob oculos, atque ocu-
 los excellentis animi illius altitudo præclaris factis omnia
 bustestata, et expressa. Habent quidem illi suas volupta-
 tes permixtione timoris, et doloris profus contaminatas;
 hi autem ex uirtute suis cumulate fruuntur sincerissimis,

ac iucundissimis. illi suis flagitijs sepe institerunt, nunquam saturati sunt; hi in una virtute cuncta placide reperierunt. quam qui semel attingunt, semper sequuntur; qui sequuntur summa cum laude exercent: qui exercent, perpetua recte factorum memoria, et mirifica quadam dulcedine uoluptatis illecti ad felicitatem perueniunt. Aperte uero hoc dicam Compagne cum permulti sint in hac ciuitate, qui virtutem spectent; nullum sane unquam cognoui, qui eque vitam ducat cum virtute quietam, que felicitatem suppeditat, dolores omnes detrahit, ac depellit. neque id mirum; temperantiam enim, et iustitiam a puero potissimum coluisti, que virtutes ad eos, qui Reip. curationem habere debent, socias se adiungere solent. ille tibi profecto alienam ab omni cura uitam prestant; iustitia suo splendore hominum animos plane obstupescit; temperantia omnium studia tibi conciliat; utraque diuinis te ornant laudibus. Has antecedunt vera opinio, et scientia, quibus preuentibus (ut ait Plato) homo quasi corroboratus ad id, quod rectum est, facile deducitur. preclare tenes ius civile; unius optime notum eloquentiam, qui arbitrato tuo voluntates hominum allicias. Remp. ignorare non potes, qui alienas tam belle noris. nulla in te assentandi suspicio optimis orto maioribus. in quorum laudes commetariola hec me excurrere minime patiuntur; et tibi abunde est, quod habes; ita enim te semper gessisti ut eorum splendore carere facile possis. Victorem tamen auum tuum prestantem utrum preterire non debeo, qui ex patricia, et antiqua familia in ea urbe natus est.

quam primam inter xij. illas vetustioris *Hetruriae* urbes
 a *Thyrreno Lydorum* duce conditam esse nouimus: eamq;
 olim totius imperij fuisse domicilium *Thyrreni Vole*, hoc
 est arcis nomen non obscure patefacit. Is post nobilem atq;
 honestam peregrinationem Ann. CID. CCCC LXXI.
 in patriam reuersus, cum eam ab exercitu reip. *Florentinae*
 paulo ante oppressam, ac pene euersam reperisset, omni spe
 libertatis prorsus abiecta (cuius retinendae vel studiosissis-
 mos fuisse semper eius urbis ciues *Aristotelis* constat testi-
 monio) adolescens iter habuit in *Britanniam*, in qua pri-
 mum magna quaeq. negocia gerens, ac sustinens, omnes
 dein Regis *Odoardi IV.* rationes diligentissime tractans
 egregie suam fidem aliquando liberauit. Vigenti etate in
Hetruriam redijt, locum sibi querens, a suis ciuibus sum-
 mopere expetitus est. *Laurentius Medices Leonis X. P.*
 liberaliter eum *Florentiam* inuitauit, cogitauit etiam
Bonomiam, ac *Venetias*. ad hanc libertatis lucem de-
 mum conuersus, nostrorumque ciuium, quos iam tum,
 cum esset in *Britannia*, maiorem in modum amare cepe-
 rat, familiaritate, vocibus, ac litteris inductus in hac urbe
 sibi, suisq. sedem parauit, in qua & honestiss. dignitatis
 locum obtinuit, & magnum auri pondus in eam contulit,
 quod & totius negotiationis ciuitatis commodo obuinit, et
 amicorum compendio opportune seruiuit. *Iosippus* vero pa-
 ter tuus eam uerã nobilitatem existimauit incredibili qua-
 dam beneuolentia bonos amplecti, doctos suscipere, ac fove-
 re, inferiorum obsequiũ, ac obseruantiam minime despice-
 re.

re. cumq. magnitudinē animi sui inflectere plane nō posset.
 ædificia quædam magnificentius omnino extruxit. & quo
 erat acri & præstanti ingenio, quædam etiam versibus at-
 tigit, quibus nihil quidem fieri potest argutius. Fratres ame-
 tem tuos. omni laude florentes ita nunc committam, et licet
 beat tamen augurari posteris etiam haud dubijs argumen-
 tis summum animi mei in illos & Studium, et obseruan-
 tiam aliquando declaraturum, ac probaturum. Illorum tu
 sanguine procreatus, et virtute per simillimus ita ditæ tuæ
 cursum instituisti, ut optimos quosq. fortunæ telis percule-
 sos, a prope nutantes homines erecto, hilariq. animo, quā-
 tum in te est, sustententes, ac fulcias. qua in re bonorum iudicio
 consequeris pietatis laudem verissimam. te frequentes cō-
 uenimus in tuis sermonibus quanta cum grauitate festiui-
 tas quanta antiquitatis cum incunditate commemoratio.
 omnium seculorum in illis sæpe nobis contineri videtur me-
 moria. Hæc quotiescunque audio (audio autem sere quo-
 tidie) haud despero futurum aliquando (modo tibi, quod
 omnes exoptamus, tantum ocij a tuis detur summis occupa-
 tionibus, ut ea litterarum monumentis cōmittere possis,
 ad quæ iam pridem mentis aciem egregie intendisti) ut an-
 tiquitatis amatores rerum nostrarum historiam diutius nō
 desiderent: & tu a Senatu protinus lauderis, ac orneris de-
 cretis perhonorificis. Ego, qui in studia medicinæ dies om-
 nes, ac noctes incumbo, superioribus annis commentarios
 conscripsi in libros Hippocratis de morbis, qui ad mulieres
 maxime pertinent, rei difficultas me haud sane deterruit,
 quin

quin experirer, quid in hoc genere possem. His iam fere
 perpolit hęc de morbis Virginum restare animaduerti;
 Et tanquam id haberem, peris, ac muneris, ut morbos, qui
 mulieres afficiunt, omnes, illustrarem, hęc quoque statim
 explicare, et primo quoque tempore in lucem edere decreui.
 Ut tu, ceteriq. qui hisce de rebus uere iudicare queunt, quid
 hac in re potissimum prestare possim, liquido cognoscant. tu
 nostra hęc studia minime fastidis, qui cetera summa cum
 laude amplexus fueris. Hisce editis sentio me in uoculas
 nonnullorum hominum nullo negotio incidere. est quidem
 certe, cur suspicer, quibusdam, ut olim Atheniensibus mini-
 me curę esse, si magna cuiusquam doctrinę, ac sapientię
 sit existimatio; at si idem ceteros docere conetur, id uero ni-
 mium illis exhibere solere negotium, quibus nõ per Iouem,
 cuius in tutelam fuisse amicitiam antiqui falso arbitrati
 sunt; at per Deum oro, atque obsecro, ut testificeris me hęc
 ociosum, ac prope recusantem conscripsisse; Et eadem non
 omnino probare, at quid facerem? cupienti mihi nihil agere,
 Deus ipse plane obstitit, cuius uoluntati mea sumisse (quod
 fateor) seruauit uoluntas, ne si nihil agendo tempus consu-
 merem, eum difficiliorem in me aliquando experirer. offero
 tibi hoc munus arrepta scilicet occasione firmandi iudiciũ
 meum de singularibus tuis uirtutibus hoc commentariolo
 quasi teste locupletissimo. D. Lucę Prid. 14. Apr.
CID. ID. XX CII.



AD LECTORES

HUMANISSIMOS.



EMO in rei medicæ studiis accuratius versatur, qui plus uni Galeno, quam ceteris omnibus se debere non fateatur; pauci enim rei medicæ scriptores ad nos peruenerunt; & hi, quos habemus, vel nulla uia, ac ratione scripserunt, uel certe totam artem monumentis litterarum non sunt complexi; illum uero nullam non eius partem locupletasse fortasse affirmare possem, si cuncta eius scripta reperirentur, quæ malo publico funditus perierunt; & plura fortasse multo sunt eius uolumina, quæ interiisse scimus, quam quæ superesse uidemus. Inepte igitur faciunt, qui cuncta enodata, ac enucleata esse a Galeno dicunt. Nos multa, ac maxime necessaria in hac arte desiderari notamus, quæ in hisce ueterum commentariis studiosi quotidie summam cum industria indagare, ac inuenire conantur. Diuersa sunt profecto hominum ingenia. ego quidem Galenum ita sequor, ut hosce ueteres rei medicæ

dicæ

dicæ scriptores me non omnino contemnere pro
 fitear . Hos autem licet multum inter se differre
 perspiciamus , neminem tamen tam iniquum har
 rum rerum æstimatorem fore arbitramur , qui ex
 his aliquid aliquando se non eruere posse confi
 dat, quod artem nostrā dein mirifice augeat . Et,
 ut alia prætermittam, hæc de morbis, qui ad Vir
 gines, & mulieres pertinent ita desiderari in Gale
 ni uoluminibus uidentur, ut, qui de his aliquid cō
 scripserit, nemo dubitet , quin de re medica opti
 me sit meriturus. Scripsit quidem de illis uir idem
 antiquissimus, & doctissimus, sed adeo obscure,
 ut, nisi aperte explicentur , cuncta densissimis te
 nebris obruta uideantur. Nos lumen aliquod ita
 hisce afferre conati sumus, ut tamen reliquos li
 bros non abiecerimus ; multa enim in illis nota
 uimus, plura explicauimus, cuncta diligenter
 euoluimus . & tandem aliquando in eam cogita
 tionem incidi, ut experirer, num præstare possem,
 quæ ab huiusmodi studio postulantur. Exercui
 industriam meam in hunc, & libros de morbis,
 qui ad mulieres pertinent, in secundū, iv. v. & vii.
 de morbis vulgaribus, in secundum prænotio
 num. librum de natura pueri demum aggredi in
 animo erat; cum conatus meos (quod ingenue fa
 teor) paullum retardarunt nonnullorum amicoꝝ

rum

rum uoces, qui Venetijs codicem antiquum manu scriptū repertum saepe nuntiarunt, quem perennium ab hisce nostris differre affirmabāt. Ego uero, qui hoc me iam pridem labore durarim, huic uni generi studeo; at ab editione me temperabo, dum exeat liber ille, quem propediem exiturum prædicant. Interea Lector humanissime hunc accipe uniuersi operis quasi formam, & imaginem quandam, in qua haud sum nescius nonnullos flagitare solere quæstiones plurimas, quas quidem hoc in commentariolum libenter coniecissē, si eas non suo loco inculcatas unquam probassem; & a Galeno, ceterisque, qui totam artem summa cum laude conscribere conati sunt, facile peti non possent. huc accedit, quod hunc libellum antecessunt multa uolumina, in quibus eadem commodius quæri possunt. quid enim hoc loco in quæstione uersari potest, quod in libro de natura pueri aptius multo explicari non possit; multæ in libro de morbo sacro, & de flatibus & de septimestri partu suum quasi habent domicilium; quæ in hoc alienissimo loco pertractarentur. postremo oneris, & laboris multum sustinenti, & propter ætatem properanti in uulgaribus quibusdam cōtertationibus mora diutius interponenda nō fuit. ad propria igitur loca eos reiciā, qui hæc a me tã

copere

topere exigere solent. ad ceteros autem, qui propria eius tractationis, in qua uersantur, requirunt, καὶ οὐκ ἐπιστικῶς ἀντιλέγειν προαιρουμένους, ut inquit Galenus, aliquando conuersus ingenue fatebor hac in re, pessime omnium audire nolle; at si quis reperietur, qui hæc repræhendat, & cur id faciat, causas afferat probabiliore, promitto, spondeoque non commissurum, ut quisquam me minus amare ueritatem suspicetur.



ΠΡΟΛΕΓΟ ΜΕΝΑ.



libellus hic inter Hippo. volumina quidem coniectus est, at eum Hippo. esse affirmare omnino non audemus; quædam enim in eo inuenimus, quæ cum ueri Hippo. sententia minime congruunt.

Dubitatio tota ex iix. particula nascitur; in qua antiquissimus auctor & Aristotelis & Archigenis, & Athenæi sententiam haud sane absurdam sequi uidetur, quæ & Hippo. ueri, & Platonis, & Galeni sententiis plane refellitur. Neque uero in hisce commentariis operam meam consumam in iis coniungendis, quæ disiunctissima sunt; qui hoc factitant, Galeni uiam, ac rationem minime mihi animaduertisse uidentur. neque is sum, qui non possim aliter multo auctoris uerba torquere; sed de liberatum mihi est in hisce ueteribus conciliandis tempus minime terere. Neque uero ab eodem auctore, a quo *πρὸς γυναικείων* conscriptus est; eorū enim Hippo. auctorem fuisse uno, & altero Galeni loco in nostris in illum librum commentariis cō-

α

probauimus. tamen si enim in I. lib. de morb. mul-
 liebr. c. I. p. 42. ac item c. 5. p. 18. scriptor ille
 se de morb. uirginum egisse aperte tradiderit; nō
 tamen continuo ab eodē hic conscriptus est liber.
 Huc accedit quod nihil hic habet, quod ab illo
 scriptore illis in locis litteris persecutus sit. Sti-
 lus ipse, & ordo fidē facit a grauisimo maximo-
 que uiro editū fuisse. qualis tandem ille sit, res ipsa
 posthac (quod spero) satis significabit. atque hac
 in re non est nobis diutius immorandum, qui in
 rei ueritate elicienda plurimū sustinere debemus
 laboris. totum hoc uolumen τὸ ἀιτιολογικόν, καὶ τὸ
 θορακτικόν ἐστίν. In Virginū morbis inuestigādis
 utitur diuisione, quæ huiusmodi est. Diuidit
 hominem in hominem; & mulierem. Mulierem
 minutius concidit, etenim & uirgo, & nupta, & ui-
 dua mulieres sunt. Virginum duo genera sunt;
 quædam nubiles sunt; quædam minime aptæ ui-
 ro. Illis præterea aut menstrua proueniunt, aut
 defecta sunt; & hæc aut uiro coniunguntur, aut
 non, quæ collocantur in matrimoniū, magnum re-
 cipiunt discrimen; etenim illorum quædam in ute-
 ro ferunt, quædam minime. Nuptæ item in duas
 quasi diuiduntur formas: quædam enim grauidæ
 sunt, quædam uero steriles euadunt, sed ipsarum
 auctorem aliquando perpendamus.

IO. BAPT. DONATI
COMMENTARIUS

Homo.

Mulier

Hono.

aut nupta

aut vidua

aut virgo.

quædam
grauida

quædam ste-
rilis.

quædam ap-
taviro.

quædam
non

huic aut menstrua
proueniunt.

aut menstrua de-
fecta sunt.

aut cum viro cõ-
iunguntur.

aut non.

aut grauida,

aut steriles.

IO. BAPT. DONATII
COMMENTARIUS

In magni Hippocratis Coi librum de
Morbis Virginum,

*Antepositis Verbis Græcis, & iisdem
latine redditis.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΓΑΡΘΕΝΙΩΝ.

Ἀρχὴ μοι τῆς εὐθείας τῶν ἀρχαίων ἰητρικῆς.

Hippo. de morbis, qui ad Virgines pertinent, libellus.

In his, quæ litteris mihi hoc tempore explican-
da sunt, exordium sumendum est ab iis, quæ
in arte medica perpetua traduntur.

C O M M E N T A R I U S.

P Rincipium sumit ab eo, quod certum, perpetuumq,
est in re medica ἀίωνα, & quod in ore omnium
versatur: sic Galen. solit ab iis, quæ perpetua sunt,
exordiri. in libro de locis ægritudine affectis pro loco-
rum ratione aliam, atq, aliam curationem medicos in-
situere solere statim tradit. Verus Hippo. in prognos-
ticorum

*ficorum libro. optimum est (ut ego quidem censeo)
 medicum in omni morbi genere præsentionem adhi-
 bere. quæ inter initia libri de aere, aquis, & locis litte-
 ris consignata sunt, minime adscribam; nota enim
 sunt. ob os, atq; oculos prope versantur omnibus, quæ
 tradit ante omnia. quæ nam illa sunt? communia, per-
 petuaq; huiusce artis principia. Idem Galenus obseruat
 in eorum libro. commentarijs. mos hic ad Aristotelem
 tandem translatus, cuncta sua volumina, à communi
 principio, quod nulla ratione labefactari possit, perpe-
 tuo exorsus est.*

*ὄν γὰρ δυνατόν ἢ νοσημάτων τῶν φύσιν γινώσκειν, ἐπὶ τῶν ἐπιπέ-
 τεχῶν ἀναγράφειν, ἢ μὴ γινώσκων ἐν τῶν ἀμερῶν.*

Fieri enim non potest, ut morborum natura re-
 cte cognoscatur (modo ad hanc artem inuen-
 tio, & inquisitio pertineat) nisi quis in eorum
 naturæ cognitione ad id, quod nullas amplius
 partes obtineat, peruenerit.

C O M M E N T A R I V S.

H Aud erat nescius antiquissimus scriptor artis quo-
 que medicæ proprium esse aliquid inuenire: quip-
 pe qui, & id notatum sit luculente inter initia libri de
 Arte

Arte, quem mirifice laudat auctor definitionum medicarum; & omnes scilicet artes id potissimum conari videret, ut aliquid semper inuenirent, ac inuestigarent. Quod cum omnibus propositum sit doctrinis, tum diligentissime præter ceteras omnibus vestigijs consequi conatur logica facultas, cuius tractationis finis est demonstrationis inuentio. De ijs autem nunc doctrinis potissimum verba facio, quæ instrumentis ad id persequendum egregie appositis vtuntur; ceteras consulto omitto, quæ cum re medica nulla in re sunt comparandæ. Veruntamen id verecunde asserre visus est, cum tamen minime dubitanter scripserit. sic Philosophi *V I D E T V R*, quæ & condemnationis, & absolutionis formula esse solebat, vsurpant in re, quæ sane quam aperte patet. Neque vero tantummodo morborum naturam inuestigat ars medica, verum etiam sanitatem perpendit, quam vt ex arte conseruet, ac restituat, partes omnes nostri corporis, & earum muneris functiones, & temperamenta cognoscere nititur; sed quid hoc tantum? minime. morborum quoque causas perquirat, vt scilicet artis beneficio ad pristinam valetudinem homo protinus reuocetur, si forte in morbum inciderit, sin satis belle se habuerit, sanitas conseruetur: Artem autem appellat vt, & Galen. non vno in loco, & in libro de constitutione artis medicæ, &

in eo, qui ars medica inscribitur in hoc quoque volumine libellus coniectus est, cui Ars titulus est. quid plura? inter ipsa initia legis nonne scriptum est Rem medicam omnium artium prestantissimam esse? Naturam autem morborum appellat speciem, vel formam morborum. naturam autem plura significare nouum non est; ab antiquissimis scriptoribus minime recedam in libello de morbo sacro fere sic. Veruntamen hic naturam eandem, quam etiam reliqui morbi, nactus est. Quaedam admodum autem naturarum quedam communes sunt, quedam proprie, ita et morborum natura quedam communes sunt, que omnes morbos amplectuntur, quedam vero proprie, que scilicet ex ijs differentijs conflatae sunt, que speciem ultimam constituunt, que singularibus proxima est. singularium autem neque definitio, neque scientia est, scientia enim suis omnino coerceri finibus debet, quos egredi nefarium est. At qui artem medicam exercent, et singularia perpendunt, in quibus consumitur omnis medicorum opera: que cum in incerto egritu limis euentu sepe collocetur, nihil mirum si ars coniecturalis merito habeatur; At tamen illa eis ignota minime esse debent, que et perpetua, et firma, et communia sunt, quod Galen. tradit inter ipsa initia artis ad Glauconem ab Hippo. tamen multo ante ad monitus primo de morb. vulg. com. III. particula. I.

Auctor

Auctor igitur nobis est antiquissimus scriptor, ut in morborum natura cognoscenda à summo genere diuidendo ad extremam speciem perueniamus. sic & Aristo. primo de Rep. Quemadmodum enim in alijs, quod compositum est vsq; ad simplicia, & minima diuidere necesse est; hæc enim minima sunt totius particule; ita & ciuitatem, ex quibus conflata est partibus contemplantes, dilucidius perpendemus, quid hæc inter se differant; & in singulis examinandis, quæ dicta sunt, perspiciemus, nū recipiant aliquid artis, & præceptionis.

κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐξ ἧς ἀκρίβει,

Ex qua natura, quæ scilicet amplius diuidi non potest, ut se dederunt principia, totum morborum discrimen deductum est.

C O M M E N T A R I V S.

Cum ostendisset fieri non posse, ut quis morborum genera cognosceret, nisi qui à summo genere ad extremam speciem peruenerit, quo in loco insistendum esse Plato quoque iubere solebat; nunc in ea infima specie positum esse morborum omnium discrimen diserte admodum

admodum explicat; in ea enim natura, quæ amplius diuidi non potest, quæ ex generibus quasi principijs quibusdam constat, & via ac ratione diuisiua inuenta est, morbi omnes disiuncti sunt, & inter se dissident. Cum enim quæ morbi omnes sub eadem specie continentur, à natura tamen ita conflati, ac perfecti sunt, ut ea, quam inter ipsa initia semel sunt nacti, natura diuisibili hinc ab illo maxime distet, ac differat. Hoc loco nos primum luculente monet antiquissimus auctor, ut in morborum inuestigatione via, ac ratione utamur, ut scilicet à summis generibus ad infimas species descendamus. deinde in cælum fert diuisionem, quam etsi reijcere aliquando visus sit Aristoteles, veteres tamen Philosophos ab eo longe dissensisse nemo ignorat; diuisio enim (quod Ioannes Alexandrinus obseruat) dignitate antecedit, & definitionem, & demonstrationem, quod enim habet definitio, nisi quod à diuisione mutuo accepit? ex animali enim, & Planta sumit animal; ex rationali, & irrationali, rationale; ex mortali & immortalis, mortale. Demonstrationem autem posteriorem definitione esse testatur idem Aristot. etenim si consilium est demonstrare propter quid homo est animal, quia essentia sensu prædita est, statim affirmabimus. Quid autem senserit Galenus obscurum non est; etenim inter initia libri ad

B Glau

Glauconem hæc fere scripta reliquit. Hippocrates quidam & hoc primus (quod sciam) memoriæ mandauit; vberius autem idem prosecuti sunt etate posteriores omnes, qui eius scripta accurate perlegerunt, inter quos vnus plane excelluit Mnesiteus Atheniensis vir cum in reliquis omnibus, quæ ad artem pertinent, apud prime doctus, tum vero propriam quandam laudem consecutus est, qui, quatenus methodo in vsu rei medicæ progredi oporteat, si quis alius, optime nouerit. Hic igitur Mnesiteus à primis, & summis generibus exordians diuidi ea oportere censuit in species, genera, & differentias; & item quæ diuisa erant, eadem ratione iterum concidi, atq; hæc iterum eodem pacto distribui, donec ad huiuscemodi quandam speciem perueniremus, post cuius diuisionem in vnum numero, & singulare incideremus. Quæ litteris eodem in loco consignauit Stephanus Atheniensis minime adscribam, ne, quod nonnullos factitare video, quæ nota sunt in culcare velle videar. Ne hoc quidem præteribo de Diuisione fusissime disputatum fuisse à Galeno in extremo libro de decret. Hippo. & Plato.

πρῶτον πρὶ τῆς ἰερῆς νόσου καλεομένης, καὶ περὶ τῆς ἀποπληκτικῆς καὶ περὶ τῶν δαιμόνων, ὅσα φοβεῦνται οἱ ἄνθρωποι ἰχυρῶς ὥστε περαφρονεῖν. καὶ ὅσα διοκίειν δαιμόνας τινὰς, ἐφ' ἑαυτῶν λυσμένους. ὅκοτε μὲν νυκτὸς. ὅκοτε δὲ ἡμέρας. ὅκοτε δὲ ἀμφοτέρῃσι τῆσιν ἄρῃσιν. ἔπειτα ἀπὸ τῆς τοιχύτης ὀφθίος. πολλοὶ ἴσθι ἀπυγχομένησθσαν.

Princi-

Principio de morbo sacro vulgo appellato, & de iis, qui apoplexia correpti sunt, vel qui timore occupati sunt, quæ a deo homines exhorrescunt, vt in delirium incidant, & dæmones quosdam se videre putent, eis permolestos modo noctu, aliquando interdiu, nonnunquam, & hoc, & illo tempore; Deinde huiuscemodi spectris multi impulsæ sibi manum intulerunt.

C O M M E N T A R I V S.

Quibus nam de morbis acturus sit primum proponit; cumq. explicet quibus morbis consuetari soleant virgines, se de magnis quibusdam aegritudinibus acturum pollicetur; & aperte euellere conatur ex animis multorum opinionem, quæ nunc vetustate plane consenuit, vt nonnullorum morborum causas, quarum ratio probabilis reddi non posse videbatur, in Deos frustra conijcerent. eos omnes minime enumerat; multo minus de ipsis longiorem instituit sermonem; non enim hic locus. de morbo sacro, idest de epilepsia, vel morbo comitiali liber ab antiquissimo auctore conscriptus est. Veri Hippocratis esse lib. illum vix mihi sane persuadere possum, cum multa in eo reperiantur,

B 2 que

quæ cum ijs, quæ Hippocrates tradit, minime concinunt.
 De hoc morbo Plato in Timæo fere sic. cum autem
 diuina natura præditus hic morbus sit, merito sacer
 appelletur, quasi primus huic vitio id nominis impo-
 suerit. Apoplexiæ cum Epilepsia quædam cognatio
 est; etenim si facultatem cerebri vincit, ac superat ma-
 teria, quæ morbum facit, Apoplexia continuo consequi-
 tur; si non adeo copiosa sit, eam concutiendo egregie des-
 pellere conatur, & Epilepsia excitatur. At ille quisquis
 fuit, qui de morbo sacro, quædam litteris mandauit,
 illud perfecit, vt et morbi illius causas patefecerit, et ea
 res nihil ad Deos illos falsos attinere collegit; pauca
 præterea quædam de Apoplexia disseruerit, quorum
 morborum causas mox minime persequar; in illius en-
 nim libelli commentarijs satis, superque de illis à scri-
 ptore antiquis, & à nobis disputatum est: Deinde aper-
 te admodum eam se viam, ac rationem nullo negotio
 usurpare posse ostendit in horum morborum natura
 peruestiganda, quam antea nobis, cum cetera morborum
 genera amplecteretur, breuissime demonstrauit. postre-
 mo dilucide ostendit huiuscemodi morbus Virgines se-
 pissime solere conflictari, in quorum natura id est formæ
 inuestigatione ad methodum protinus decurrere debe-
 mus; cum enim nobis propositum sit de morbis, qui
 Virgines conflictare solent, agere; in eorum morborum
 naturis

naturis peruestigandis, non qua homines sunt tantummodo spectandae, verum etiam eorum ratio est habenda, qua mulieres sunt. neque uero hoc tantummodo animo complectendum, verum etiam qua Virgines sunt circumspectandae; atque haec uel qua nobiles sunt, uel qua minime aptae uiro proponendae; sub homine enim, quae est postrema species categoriae uulgo appellatae substantiae, & uir, & mulier continetur. at mulier, uel uirgo est, uel nupta, uel uidua. Nuptarum praeterea quaedam steriles sunt, quaedam in utero ferunt, & fetus edunt. Virginum quaedam nobiles sunt, quaedam minime aptae uiro. & quamuis iisdem morborum generibus corripere uideantur, atque uiri; Virgines tamen his potius premi obseruasse testatur, atque eas potissimum, quae aptae uiro uiderentur. atque id apprimè inuenimus Diuisionis methodo, quae cum minutius cuncta concidat, tum etiam quae consequuntur, diligenter obseruat; & eorum causas accurate inuestigat, de quibus paulopost. Morbi autem, de quibus acturus est ferè melancholici sunt, ex humore uero melanchonico timores excitantur, quod uerus Hippo. rectè animaduertit. vi sententiarum xxij. si timor, & mæror diutius perdurant, certissimum melancholicorum euentum est. & oportet delirare conuertimus, quod genus delirij haud
 magnum

magnum sane est. quod & ab alijs est animaduersum. Hoc loco cuncta non adscribam, quæ Aetius habet lib. v. cap. ix. haud enim difficile est locum inuenire. illud tantum. Symptomatum eorum, quæ melancholicos uexant, causas inuenire, ac adscribere ἀδύατον esse; nonnullorum tamen ratio petenda est ab eodem, cuius scripta extant, et ea his lucem afferere possunt. Neque uero tantūmodo de hisce morbis illi agendum est, qui primo quoque tempore Virgines fatigant, uerum etiam de his, qui superueniunt, ac deinceps accedunt; nanque ab his malis adeo obruuntur, ut multe seipsas strangularint. illud satis declarant uerba illa πρῶτον, καὶ ἔπειτα, quæ non modo connexionem, & consecutionem quandam uerborum significant, uerum etiam rei de qua agit ἀδείσειω demonstrant. Quapropter de magnis quibusdam rebus se dicturum pollicetur, quæ res nos attentos maxime reddere debet. uerba uero mutila uidentur. uetus codex opem fortasse aliquam huic feret malo.

πλείους δὲ γυναῖκες, ἢ ἄνδρας. ἀδύνατον γὰρ καὶ ὀλιγωτέρῃ φύσει ἢ γυναικείῃ

Plures autem mulieres quam uiri; est enim muliebri ingenium animo magis abiecto, ac pusillo.

(O.M.)

C O M M E N T A R I V S.

Methodo innixus ab homine ad mulieres descendit; de quorum morbis tamen si minime quidem ei agendum sit, diuisionis tamen principium, & quasi caput, vt per belle ostenderet, demonstrandum ei protinus fuit hisce morbis vulgo homines quoque corripere solere; mulieres autem homines sunt, neque specie à viris differunt, quod Alexander Aphrodiseus egregie aliquando demonstrauit. at affirmat eorum mentes angustiores, & humiliores esse; nihil igitur mirum si nullo negotio in maximis malis animum despondeant. Hoc quidem minime agnoscit Plato. at illa huic loco minime quadrare videntur, nisi (vt contentiosi solent) cūcta permiscere velimus; attamen (vt inquit Plato.) ipsi sibi ipsis placitant.

Αἱ δὲ παρῆνοι οὐκ ὁρῶσιν ὡς γὰρ περ ἀνδρῶν, τοῦτο μάλ-
 λον πάχουσιν, ἀμὰ τῆ καθόλου τῶν ἐπιμηθίων πρότερον οὐ μάλ-
 λα τὰυτὰ κακοπαθεῖν οὐσαί.

Virgines autem nubiles, & quæ aptæ uiro sunt, hoc magis corripuntur morbo, una cum mensium prolapsione, cum tamen antea hisce malis ualde minime conflictatæ fuerint.

COM

C O M M E N T A R I V S .

Mirifice profecto ab homine, quæ extrema species est, ad mulieres nos traduxit, nunc vero à mulieribus ad Virgines. de Viduis in extremo. At non tantummodo de his Virginibus se acturum pollicetur, quæ ætate ad eo processerunt, ut aptæ viro videantur; sed de ijs, quæ et aptæ viro sunt, et quib. menstrua proueniunt. recte enim & hoc loco diuisionem adhibet. Virginum enim, quæ aptæ viro sunt, quædam menstruis rite purgantur, in quibusdam autem menstrua supprimuntur. atque hic consistere diuisio uidetur. sed causas symptomatum deinceps inuestigare conabitur. obseruauit autem hac ætate, & hoc potissimum tempore Virgines ab huiuscemodi morbis occupari; prius enim rem ita se se habere constituendum est, deinde symptomatum, & euentuum causæ diligentissime inueniendæ sunt. Principio enim, quod manifeste apparet, recipere debemus (quod primo de naturalib. facul. c. xiiij. Galen. tradit) deinde eius causas reperire. & non ualde scribit antea hisce torqueri malis uirgines, quod aliquando quidem in hæc incurrant, & huiuscemodi causa antea semper non præcesserit, id est sanguinis copia, quæ magnum orbem reddere possit. Mens

strua

Frus ferri solent anno xiiij. sed a liquando serius, alio
quando citius descendunt pro puella temperamento.
De viduarum morbis singillatim minime agit, quod
de illis, & in hoc libro. & in lib. de ijs, quæ ad mulieres
pertinent, & in lib. de sterilib. satis superque dictum
sit; nullo enim negotio ex illis colligere potes, quæ ad eor
rum morbos pertinent & dignoscendos, & curandos;
in quib. libris & de uteri strangulatione, & de mens
struorum vel profusione, vel suppressione disputatum
est. Unus ille morbus, quem semen retentum concitare
solet, desiderari videtur, de quo tamen Galen. vi. de par
tibus egritudine affectus cap. v. & nos suo loco.

ἵστιρον γὰρ τὸ αἷμα ἐυλλάβεται εἰς τὰς μήτρας ὡς ἀπορροαί-
μιον.

Postea enim sanguis ad uteros allabitur quasi alio
quando effluxurus.

C O M M E N T A R I V S.

Sanguinem menstruum purgamentum secundum
naturam perutile esse, veluti & semen nouum
non est; Venæ autem, & arteriæ multo alimento res
fert & superuacaneum, & præfrigiditate minime conco-

C Etum

Etum ad uterum exturbant. Video quosdam falso
opinari secundæ concoctionis illud excrementum esse;
quod menses rubriores proueniant. at ij nullo negocio
Galenipsum uerbis ex libro de fœtuum formatione re-
futari possunt. fœmina autem mari perpetuo frigidior
est; quapropter ad appetendum procliuiores sunt
mulieres, minus concoquunt, cute densiori præditæ sunt.
Erumpunt autem xiiij. anno potissimum menstrua,
cum ubera tument, uox grauior auditur, & uenerem
cupide sequuntur, tunc autem aptæ etiam uiro
sunt, & nubiles uirgines ex medicorum sententia. at
Aristoteles in lib. de optimo reip. statu multo aliter
sentire uidetur, idque merito.

ὁκόταν οὖν τὸ στόμα τῆς ἐξόδου μὴ εἶναι ἀστομαγωγόν, τὸ δὲ
αἷμα πλεόν ἐπιρρεῖν, διὰ τε σιτία καὶ τὴν αὐξάνσιν τοῦ σώμα-
τος, τῆνικαὐτὰ οὐκ ἔχωσι τὸ αἷμα ἔκρουν, ἀνασσει ἕως πλε-
θους, εἰς τὴν καρδίαν, καὶ εἰς τὴν διάφραξιν.

Vbi igitur oscula, per quæ ferri debet, minime
patuerint, sanguis autem amplius conflue-
rit, & uictus ratione, & corporis incremento,
cum unde euadat, non habeat, præ copia re-
currit ad cor, & septum transuersum.

COM

 C O M M E N T A R I V S .

Cum via, & ratione diuisua ad vltimas species
 peruenerit, cause tot, ac tantorum symptomatum
 dilucide patere videntur; ex diuisione enim in causam
 incidit, quam querebat, scilicet suppressa menstrua illo-
 rum malorum culpam omnem sustinent. Et quamuis
 eo in loco diuisio consistere posse videatur, longius ta-
 men eam producit; sanguis enim ille, qui in mulieribus
 coaceruatur, ac retinetur vel cor, & septum trans-
 uersum petit, vel alias atque alias partes. si modo has
 modo illas partes, alia atque alia excitabit mala, que
 Galen. in libello de Venæ sectione aduersus Erasistras-
 tum cap. v. pulchre enumerat; cum ostendit mulierem
 cui rite menstrua ferantur, neque podagra, neque arti-
 culorum doloribus, neque lateris inflammationibus, ne-
 que peripneumonij occupari; sed neque Epilepsia, ne-
 que Apoplexia corripitur; neque cui singulo quoque
 mense sanguis descenderit, aut vox, aut spiratio vna
 quam desiderata est. Num vero mensuris proue-
 nientibus (inquit) aut phrenitide, aut morbis, que so-
 mnū afferre solent aut conuulsionibus, aut tremoribus,
 rigoribusque mulier aliqua unquam laborauit? num

C 2 etiam

etiam vel in melancholiam incidit, aut in maniam, aut ex thorace, aut ex ventre, aut capite unquam sanguis profluxit? aut synanche strangulatam, aut aliquibus eiusdem generis morbis correptam observasti? Verum tamen hisce suppressis in omnes morbos incurrere nullo negotio potest mulier. Antiquissimus autem auctor ceteras partes præterijt, ad eas tantummodo decurrit, a quibus Virginum mala, que antea proposita fuere, fluere facile poterant; de hisce enim inter initia pollicitus erat se dicturum; merito igitur, que ab his remotissima videntur, reijcit, at de corde, & septo transverso meminit. de cerebro ne verbum quidem, vel quod de Epilepsia singillatim editus erat libellus, & in eo quedam de Apoplexia; vel quod Aristotelis sectam sequeretur. quem sequutum accepimus quoque Archigenem; in quem acerrime inuehitur Galen. quod locum ægritudine affectum minime perpenderit ij. de loc. aff. c. ij. & iiij. & Atheneum & Thessalos idem exagitat Galen. xij. metho. meden. c. xxi. quod partium affectarum observationem omnino neglexerint; omnes autem principem animi partem in corde collocatam esse censuerunt. Hoc loco sane mirari nequeo non nullos in ea re uehementius laborare, ut ueterum auctorum uerba quacunque ratione concilient, inter que nulla omnino intercedere potest aliquando societas; cum

enim

enim alia, atque alia manifesto secuti sint principia, frustra ea deuincire conantur, quae plane opposita uidentur, non tamen me praeterit apposite hoc loco ita posse defendi, ut retenta mensura principio os ventriculi ledant, deinde cor, postea septum transversum, postremo uel ex cognatione naturae, atque consensu, uel ex illorum profluuio cerebro insignem iniuriam inferant. Summo autem (ni fallor) artificio καεδνν, non λογισμὸν surpassauit; nimirum eius consilium fuit tacite ostendere animam, quae rationis est particeps, sedem, ac domicilium in corde obtinere, ita Chrysippus; quae enim affectuum in mente accidit perturbatio, ita in pectore sentitur, ut sensum minime lateat. quapropter cor affirmavit primo quoque tempore fatuum reddi. uel forsasse cum de morbis uirginum ei agendum esset, aliter scribere minime debuit, ac uirgines loquerentur. quapropter perbelle, & eorum uerba adiunxit, tametsi eorum opinio cum ratione minime ei congruere uideretur. At agamus nos aliud, atque illud in primis abundantiam, & copiam humorum frigiditatem afferre, quod calor innatus debilitetur extinguatur, suffocetur, quod Galen. tradit primo sententiarum. iij. Facem plane in meridie accendo, cum scribo διαφύη & φεινὸς à veteribus appellari, quoniam eo inflammatio ne correpto, mens continuo ledatur; nulla enim alia
pars

pars (excepto semper cerebro) perpetuum delirium concitat. Idem plane facio, cum moneo Virgines sanguinem accumulare, tum quoniam cibis minime parcunt, tum quoniam propter etatem quotidie ad corpus aliqua fit accessio; augentur enim, & crescunt, cum eam etatulam obtinent.

ὁ λόγος οὐ ταῦτα πληθεύσιν, ἰμάρων τὴν καρδίαν.

Postquam igitur hæc completa fuerint, ratiocinatio proinus insulsa, ac fatua redditur.

C O M M E N T A R I V S.

Menstrua defecta, que excitant symptomata, enumerat; ea enim retenta vel febrem excitant, vel nulla accedit; si nulla Virgines febris agitat, fatuitatem concitat; sin febris consequatur, & παραφροσίνην, καὶ μανίαν excitat at que hoc loco diuisio consistit, neque ulterius progreditur. Dij boni quantum distant rationes hæ ab ijs, que affert auctor de morbis mulierum; & nos eoloco, quibus id propositum est, illud vere agere. καρδίᾳ ὁ λογισμὸς idest ratiocinatio a me versa est, quod Hesychius id notatū reliquerit in suo Lexico.

Et

Et M. Tull. i. lib. Tusc. alijs cor ipsum animus videtur. Et Plaut. qui perspicere possent cor sapientie. hoc tamen aperte negat scriptor lib. de morbo sacro. fatuitas μωροῦς dicitur, in qua vna cum memoria rationem quoque sublatam videri testis est, & Galen. & Rufus, & Aetius & Paull. lib. 3. cap. xi. Hunc morbum excitat vel minus apta, commodaque capitis formatio, vel frigida intemperies, vel frigidior, pituitosiorq. humor in cerebro coaceruatus, si Galeni sectam sequi volumus.

εἶτα ἐκ τῆς μωροῦς, ὄρη.

Deinde ex fatuitate stupor consequitur.

C O M M E N T A R I V S.

Nαρκωσις est neruosarum partium sensus, & motus imminutus; in hoc symptomate agritudo quidem vrget, at virtus viribus ad luctandum valet; & inter apoplexiam, & paralysem medius intercedit stupor. stuporis initium asserre solet frigiditas multus quoque, & crassior sanguis eundem morbum assero

re solet, quod venarum riuos compleat, & post factitatem, quae ex frigiditate oritur, egregie consequitur. quid plura? compressio quoque aliquando huiusce morbi culpam omnem sustinet, quemadmodum & vincula. de compressione autem paulo post.

ὅτι ἐκ τῆς ψυχῆς, περινοῖα ἐλαβεν.

Ex stupore delyratio concitatur.

C O M M E N T A R I V S.

Παρανοῖαν, delyrationem interpretati sumus, quae proprie senum est; quod Marcus Tullius adnotavit in libello de senectute. sic illa senilis stultitia, quae delyratio appellari solet, ea ex frigiditate oritur, & eam febris nondum subsequitur. febris ubi consecuta est, non amplius παρανοῖα, sed παραφροσύνη appellatur, id autem paulo post ipse noster auctor luculente tradit.

ὡς πρὸς ὁκόταν καθιμένον πύλον χρόνον, τὸ ἐκ τῶν ἰσχυρίων καὶ μύρων αἷμα, ἀποπιχθεὶν εἰς τὰς κνήμας καὶ ὄστρος πόδας, ἰσχυρῶν πρᾶγμα ὑπὸ δὲ τῆς ψυχῆς, ἀκρατεῖς οἱ πόδες, εἰς ὁλοποιήσασθαι γίνονται ἐστὶν ἀναχαρῆσθαι τὸ αἷμα εἰς αὐτὸ ἀναχαρῆσαι δὲ τὰ χεῖρα, ὁκόταν οὕτως ἐνδύσῃ ψυχρῶν. πρὸς γὰρ ἀνάσφραξάντων αὐτῶν μὲν οὐδὲν ἔστιν, εὐνοῖος. ὅθεν γὰρ παλιρροῖα, δὲ τῶν ἰσχυρίων τὸ φλεβῶν, καὶ ὁ τόπος τοῦ σάματος, οὐκ ἐπίκοιρος.

Quae

Quemadmodum cum quis diutius sederit, sanguis ex coxis, ac femoribus depressione depulsus tiliarum, ac pedum stuporem affert. Stupor autem in causa est, ut pedes suis muneribus minime fungantur, idest minus apti ad deambulandum reddantur, quousque sanguis ad ipsos refluat, refluit autem celerrime, cum eos demittimus in aquam frigidam, quæ malleolos, & coxas subluat. Atque huiuscemodi stupor nullo negotio abstergitur; cito enim refluit sanguis, quod uenæ ad eum locum ductæ, ac directæ sint; atque in exterioris corporis sedes ea minus periculosa est.

C O M M E N T A R I V S.

D Illud ideo qua ratione torpor in interioribus partibus generetur, explicat exemplo torporis, quem depressio afferre solet, ut turpe profecto sit nos ad hanc particulam enarrandam longiorem orationem comparare, quod antea copia faciebat, ut cursus humorum, & spiritus interrumperetur, nunc præstat compressio, quæ impedimento est, ne sanguis ad pedes per-

D uenire

uenire possit. In hac autem particula duo merito requiri possunt, unum quod hoc loco tantummodo de venis meminerit, & neruorum mentionem omiserit; alterum quod genus curationis secutus sit. respondetur in Hesychi lexico ita scriptum nos inuenisse. φλέψ, μάλωψ, καὶ τὸ ἀνέλωγοι τῆ σφ'ματι, idest vena flagellum ex bove, & quod corpori maxime respondet. quapropter Venam & arterias, & Venas, & neruos, & tendines significare censendum, quae omnia, quod comprimantur, spiritus, & sanguis retro conuertuntur, ac quodammodo refugere videntur. Galen. de vsu pul. c. iij. Venas autem & arterias, & Venas appellari & a Platone, & ab Hippo. apertum est. Quod autem ad genus curationis pertinet, eam maxime secutus videtur, quam Hippo. verus nobis tradidit lib. v. sententiarum xx. Ita est in neruorum distentione, in qua nullum consecutum sit vlcus, inueni bene carnosum, summaestate frigidae aquae copiosior profusio calorem reuocat. calor autem haec egregie abstergit. in ea sententia Galen. recte animaduertit in aliaestate nihil prodesse; namque frigidae aquae impetus aut superat calorem natium, aut eundem mouet, & excitat. Vincitur cum imbecillior sit, redit, cum validior sit. atque hunc antiquissimum auctorem de eo torpore verba facere omnes intelligimus, qui eos praesertim occupet, qui a uirib. firmiores sint, coliquit

*Ligit autem torporem illum nullo negotio profligari posse
ex partium situ: uesa enim directia sunt ad eum locum.*

*ἐκ δὲ τῆς καρδίης καὶ τῶν φρενῶν, βροδείας παλλίερόσι. ἐπι-
κράσιαι γὰρ αἱ φλέβες, καὶ ὁ τόπος ἐπίκαιρος, ἔστι πρὸ φρο-
σύνης καὶ μαρῆν ἕτοιμος.*

*At ex corde, & septo transfuerso tardius refertur,
uenæ enim obliquæ sunt, & locus periculosus,
& ad delyrium, & insaniam procliuis.*

C O M M E N T A R I V S.

Collatione facta torporis, qui in tibijs, ac pedibus
consequitur, cum eo, qui ex sanguine cor occupan-
te concitatus sit, nunc quantum alterum ab altero dis-
stet, aperte explicat. etenim alterum cito profligatur,
alterum serius abstergitur. causam subdit, quod uenæ
flexæ, contortæque sint. positus verò id probe indicat:
At partis præstantia, in qua domicilium animæ est nos-
træ, sane indicat & periculum creare, & παραφροσύνην,
& maniam posse excitare. παραφροσύνην, est (ut ita dis-
cam) motus errans facultatis, quæ vim & ratiocinan-
di, & cogitatione aliquid fingendi obtinet. At qui hoc

D 2 in

in loco de ea, quæ febrî coniuncta est. & hæc mania (nō plane fallor) ab exputrescente sanguine calidiori concitatur. quæ in re tametsi Hippo. minime sequar, mirificetamen huic auctori quadrare videtur, qui & ab Hippo. aliquando ad Aristotelem defecisse visus est.

ὁμοίαν δὲ πληθειώσι ταῦτα τὰ μέρη, καὶ φρίκη ἐν πυρετῷ
κρίσσει, πλανήτας τοὺς πυρετοὺς καλεῖ οὐσίη.

Cum autem partes hæc refertæ fuerint, & horror cum febre urget; febres autem Planctas appellant.

COM M E N T A R I V S.

Affert rationem, cur facile in delirium, & insaniam incidant Virgines, cum hæc venæ completæ fuerint, & si pro γὰρ visus est, quod plane nouum nemini esse arbitror. Cum partes igitur, hæc venæ scilicet, quæ circa præcordia, & cor feruntur, plene, ac refertæ sint sanguine, tunc obstructio consequatur necesse est, hæc putredinem concitat, putredo febris faces incendit. Horrorem a frigidioribus causis excitari obscure non est, & ab iisdem causis fluere, & eodem fe-

re

re pacto gigni, atque rigor; at horrois cause leniores
 multo, parciore, & minus commota videntur. Fe-
 bres πλαϊτας vocat, quorum accessiones, ac progressio-
 nes vix, ac ne vix quidem notare possumus; quippe
 que ab alijs, atque alijs humorum generibus conciten-
 tur. De hisce Hippo. verus primo de morb. vulg. com-
 ij. Part. xvi. & xxij. diuersis humorum generibus af-
 fluere, ne dum Virgines, & erum etiam & mulieres illi
 optime norunt, qui in re medica quotidie versantur.
 ego & ero sapissime fibres illas nullos certos habuisse
 circuitus obseruavi, sed quid ego? Galen. in partu san-
 guinem modo biliosum, modo melan-holicum, modo
 virulentum, modo pituitosum, aut mediocriter bonum
 effundi commemorat primo de m. u. c. ij. p. xxi. Vir-
 gines autem pro temperamenti ratione alia, atq. alia
 humorum genera coaceruare verisimile est, ad que re-
 spiciens antiquissimus auctor diuersa in medium affert
 symptomata, quorum rationem probabiliter deinceps
 reddere conatur.

εχόντων δὲ τούτων αἰσθε, ἕως μὲν τῆς ὀξυφλεγμονῆς, μα-
 ριτικί.

Cum hæc igitur ita se habeant, grauior inflam-
 matio efficit, ut plane in furorem agatur.

COM

C O M M E N T A R I V S.

E Ventum, vel symptomatum rationem aperte
 admodum ante oculos ponit; quippe qui metho-
 do diuisiue perpetuo inhaereat; etenim cum hac via
 ad Virgines pro celsisset, & ad eas, quae menstrua mi-
 nime profunderent, peruenisset; menstrua retenta vel
 febrem excitare, vel eam minime adycere animaduera-
 tit, atque cum diligenter egerit de ijs, quae consequuntur,
 cum febris minime vrgeat; constituerit quae hosce humo-
 res, qui alij, atque alij sunt, copia, atque affluentia ob-
 structiones excitare, inflammationes, ac denique fe-
 bres; ab ijsdem humoribus inflammatis in furorem
 agi virgines aliquando solere tradit; cum enim infla-
 mentur, ac extorreatur, vsque eo commouentur mulie-
 res, vt insaniant. Aetius libro vi. cap. viij. testantur, se
 cum sanguine flaua bilis adeo admisceatur, vt acrior
 reddatur; & eo humor recerebrum, & eius membranae
 stimulentur, ac exagitentur, parum abesse quin in fu-
 rorem agantur, qui hoc morbi genere correpti sunt. Anis-
 maduertendum quod nos uertimus furit, quod uarietas
 scriptum reliquit antiquissimus auctor.

ὁ πὸ δὲ τῆς σπικίδιος, φωνία.

Putredo autem, ut uocem emittat.

COM MENT A R I V S.

ITa est, ut scriptum reliquit Aetius lococitato. quod tunc aegroti maxime dolent, cum materia aliquam partem irrupit. quapropter verisimile est has protinus uociferari, quod putridam exhalationem quandam maxime extrudere conentur, quae quoniam membra nobiliora male habet, perpetuo uirgines ingemiscunt. Notauit ego saepe eas magna quaedam edere suspiria, & expirationem maiorem multo esse, quam inspirationem.

Qui eiulatu, questu, gemitu, fremitibus,

Resonando mutum, flebiles uoces refert.

ὁ πὸ δὲ τοῦ ζοαιροῦ, φοβίαται καὶ διστολεν.

Caligo, & obscuritas, ut timeat, ac extimescat.

COM

C O M M E N T A R I V S.

Melancholicum humorem atrum esse, nemo est, qui iam nesciat; & vapores, qui ex ipso excitantur, tenebricosiores esse maxime uerisimile est. nihil ergo mirū si melancholica euenta consequantur ubi huiusmodi humor abundat, ea autem egregie adscripsit Hippo. vi. sententiarum xxij. si metus, & mæstitia diutius perdurarint, continuo melancholiam significāt, atque cum alia, atque alia subsequi soleant symptōmata, hæc potissimum duo in omnibus melancholia correptis fere reperiuntur, nunc de timore scilicet, mox de mæstitia. Timor igitur eos occupat, animam eustem, quæ rationem obtinet, atrabilis corripit. uidemus uero nihil tam extimescendum esse extrinsecus, quam tenebræ, recte igitur Aetius. cum ueluti caligo quædam illi animæ parti, quæ rationem habet, obiecta est, eam timor merito urget; quippe quæ timoris causæ idest tenebræ eam circumuallent.

Nam ueluti pueri trepidant, atque omnia coecis
 In tenebris metuunt; sic nos in luce timemus
 Interdum nihilo quæ sunt metuenda magis quam
 Quæ pueri in tenebris pauitant, metuuntque suo

SURA.

tura. Chrysippus ij. de *Decretis Hippo.* & *Plat.* Pleaque omnes in eam sententiam descendere mihi videntur, ut in pectore, & precipue eo loco, quo cor est collocatum est, prope sentiant affectus, qui mentem perturbant, quod maxime in timoribus, & gritudinibus, ira, atque excandescencia accidit.

ὑπὸ δὲ τῶν πρὸ τοῦ καρδίου πνεύματος, ἀρχόντων κρείττονται.

Cordis angustiae, ut laqueos paret.

COMMENTARIUS.

TAmetsi Antiquissimus scriptor ea circa cor maxime sentiri arbitratus fuerit, ego tamen angustias cordis verti, quod eadem potissimum cor attingerent. Angustiae autem vitæ desperationem afferunt; diutius enim eas se ferre minime posse fatentur virgines, quare animum despondent, & collum in laqueum inferunt, manus autem afferunt sibi ipsis, quod (ut Aetius tradit) maioribus ex malis se emeruras putent. hoc loco mire quadrant illa veteris Poetae.

*Maior mihi moles, maius miscendum malum,
Quis illius acerbum cor contingendam, ac comprimam.*

E

Ἐπο' δὲ τῆς κακίας τοῦ αἵματος, κλύων καὶ ἀλλομενῶν ὀθυσῶν
κακὸν ἐφέλλεται.

Sanguinis autem prauitas, ut animus increat
perturbeturque, & malum accersat.

C O M M E N T A R I V S .

Prauitatem humorum anime insignes inferre so-
lere iniurias probe quoque nouit Plato, qui in *Ti-
meo* fere sic. Cum enim acide, & salse pituitæ,
amari item, biliosique humores, qui modo in hanc,
modo in illam corporis partem vertuntur; si extra
quidem minime ferantur, sed intus conclusi vapo-
rem, quem efferunt, anime, quæ perpetuo mouetur,
permiscuerint, varios anime morbos asserunt, cum gra-
uiores, tum leniores, cum maiores, tum minores, qui des-
in ad tres anime sedes delati, ad quancunque appule-
rint, varias animi molestias, & mæstitiæ species pa-
riunt. Egregie vero in re maxime perturbata usus est
verbo, quod pugnantiæ significat; cum enim minime
tranquille in hoc casu seipsis fruantur ægroti, nulla non
symptomata expectanda, vel potius timenda sunt.
atque si vlla est ægritudo, quæ cum corporis vexatio-
ne male habeat ægrotos, hæc profecto est. Ac tametsi

con

αὐτῶν contraria significet, gaudeo. scilicet. Et mæreo;
 declaravit tamen cum adderet ἀδύμνω, quod anxie-
 tatem, Et angorem significat; illud enim καὶ ita accipi-
 mus, ut sensum auctoris explicet; cum enim perpen-
 disse in medium se verbum attulisse, quod ambiguum
 erat, aliud statim adscripsit, quod totam rem non mo-
 do aperuit, verum etiam illustravit. de timore supra:
 nunc de mærore, Et de totius ægri status perturbatio-
 ne. ergo absolutam Hippo. sententiam habemus, Et
 duo illa symptomata timorem, Et tristitiam, quæ in
 omnibus fere elucet. Veruntamen harum species aliæ,
 atque aliæ sunt, propterea quod aliæ, atque aliæ sunt,
 quæ animo sibi pingunt melancholici. illud in primis,
 quod ægrotudines arcessunt; id enim valetudinis via-
 tio fit, ut animo tristitiã libenter agitent, quæ ægrotudia-
 nem continuo ampliorem faciunt. Et Chrysippus as-
 firmat nec se ipsos continere posse homines a perturba-
 tionibus victos, ac superatos. Hinc illa.

τίποτε ἐργάζεται μίγξις πλῆθος δυσκατῶ.
 πάνσο. ψυχὴ δὲ θυβίσα κακοῖσι,

Quidnam tandem faciet anima viscerosa, atque irree-
 quiet a oestro irrita malorum? Et Horatius.

Acerba fata Romanos agunt.

E 2

Ἐτρεπὸν δὲ καὶ φοβερὰ ὄραμαζα.

Veruntamen, & aliam trepide appellat.

C O M M E N T A R I V S.

HAec nullo negotio ostendunt haud facile posse enumerari ea symptomata, quae huiusmodi morbum consequuntur, & nulla non ratione permovere, ac permutare aegrotantes, quod & Aetius luculente tradit. atque huius symptomatis causas afferrī nō potis est. quod idem auctor animadvertit loco citato lib. vi. cap. ix. falsis autem visionibus, ac spectris moveri virgines nemo, ut arbitror, non intelligit, atque ea nomine appellare affirmat. ea autem spectra excitare vapores verissimile est, qui superiora loca petant; & ab illis humoribus efferuntur.

καὶ κελύουσιν ἀλεθροὶ καὶ καταπίπτειν εἰς τὰ φρεῖατα.
καὶ ἀγχοῦθαι. ἅτε ἀμείνονάτε ἔοντα ἢ χοίω' ἐξέχοντα παρ
βίον.

Et in puteos se abiicere, & decidere, & strangulari imperat; quasi meliora ea sint, & omnia vitæ commoda facile superent.

COM

C O M M E N T A R I V S.

Reperiuntur nonnulli melancholici (quod tradit & Aetius) qui mortem mirifice exoptent, quapropter continuo sibi manus afferunt; quod icirco eos facere, & ipse arbitratur, quod morte mala depellere putent, quae in illos inciderunt, sic & Plato in Phaedone (exceptis semper philosophis) ceteros omnes maiorum malorum metu mortem appetere testatur, hisce ferre verbis. Nosti, inquit, reliquos omnes mortem maximum malorum censere. probe, inquit, nunquid maiorum malorum metu hi, qui ex his fortiores sunt, cum ei se offerendi locus esse videtur, mortem non effugiunt? ita profecto res se habet. At Lucretius id mortis formidine accidere affirmat lib. ij. hisce versibus.

*Et saepe usque adeo mortis formidine vitæ
Percipit humanos odium, lucisq; videndæ,
Ut sibi consciscant mærenti pectore lethum,
Obliti fontem curarum hunc esse timorem.*

Aetius testatur se vidisse nonnullos, qui putarent demones immisos inimicorum prestigijs. At illi humores melancholicos a seipsis conceptos continent, ex quibus demones illi nascuntur. Petrus Crinitus lib. ij.

de

de honesta disciplina c. ix. narrat in Gallia, quæ vulgo
Lugdunensis vocatur, per multas olim fœminas in
puteos. Et vndas se coniecisse, cum nullo antea morbo
conflictarentur. Lucret. in grauis. Atheniensium pes-
tilentia idem nonnullis contigisse testatur hisce versib.
Multi præcipites lymphis putealibus alte
Inciderunt.

Quid? non ne Laurentianus Florentinus, qui multa
Hippo. & Galeni volumina græca latina fecit, atra-
bile percitus in puteum, se tandem abiecit?

ὅκοτε δὲ ἀνευ φαντασμάτων ἰδοιῶτις ἀφ' ἧς ἐρᾷ τοῦ θανάτου
ὡσπὲρ τινοσ ἀγαθοῦ.

Sine uisis autem uoluptatis tanta est aliquando
titillatio, ut mortem quasi bonum quoddam
expetant.

C O M M E N T A R I V S.

Barbaris quidem olim optabile erat e vita migra-
re; at nos Christiani ita a vita abire volumus,
ut ex corporis carcere Dei optimi Maximi voluntate
aliquando liberati in viam beatæ vitæ, idest in cœ-
lum ab eodem Deo deducamur. Venit nunc mihi in
mentem

mentem Milesiarum Virginum nouum insanie genus, de quibus Plutarchus scilicet . ille se vulgo suffocabant . aeri intemperiem nonnulli id malum attulisse putabant . qui sapientiores habebantur, Dijs illud acceptum referebant ; at noster auctor idem antiquissimus, ac prudentissimus horum malorum culpam omnem in menstruorum detentionem, ac suppressionem referendam semper censuit.

Φρονισάσθαι δὲ τῆς ἀνθρώπου τῆ ἀρτεμίδι αἱ γυναικίαι ἄλλα τε πολλά, ἀλλὰ δὲ καὶ τὰ πολυτελέστατα τῶν ἰματίων καθερούσι τῶν γυναικείων, κελεύουσι τῶν μάντεων, ἕξαπατάμεναι.

Vbi animum conuertere incipiunt, cum alia multa, tum prætiosissimas uestes Dianæ monumentum faciunt, qua in re ab homine uate fictis uerbis inducuntur.

C O M M E N T A R I U S.

SI huiusce scriptoris sententiam delucidare profiter, nihil est, ut veterum testimonia colligam. perpendant studiosi librum de sacro morbo, quem paulo ante de manibus demisi. in hoc nihil est, quod maxime

man

mam operam ponamus. Virgines etiam, quae nupturae erant, zonam Dianae dicare solitas Suidas testatur. Et Horatius.

Ut mala quem scabies, aut morbus regius urget.

Aut Phanaticus error, & iracunda Diana.

eam vero σιλυιακῶν νόσον immittere solere ijs, a quibus lesa erat, planum est. caecitas illorum temporum fuit sane quam admirabilis.

ἢ δὲ τῆς ἀπ' ἀλλαγῆς θεραπείᾳ, ὁκόταν τί μὴ ἐμποδίζῃ τοῦ αἵματος τὴν ἀπὸρροήσιν.

Veruntamen, ut restituantur, curationis ratio sic tenenda est, ut cum nihil interpellet, sanguis protinus detrahatur.

C O M M E N T A R I U S.

Curationem adscribit, quam ex artis praeceptis vulgo medici adhibebant, quam non improbat; at suae curationis rationi minime anteponit. atque illi nulla in hoc morbo medicamenta capiti imponebant, quod Archigenes faciebat, in quem scilicet Galenus, sed ad illud decurrerunt remedium, cuius profec-

gis

Et nullum facilius, nullum commodius, nullum magis salutare est, quam sanguinis emissio. Nihil est, quod hoc loco medicamentum cum sanguinis missione conferam. hoc a Galeno factitatum est in loco minime obscuro in libro videlicet, in quo quæ ratione in unoquoque morbo pugnandum sit, sanguinis detractio docet. cur autem ad scalpellum statim procedendum sit, breuiter aperiamus; hoc enim studiosi magis requirunt. Hunc morbum copia, atque affluentia sanguinis excitat; sanguinis igitur detractio ægrotos ad sanitatem perducet. cum autem duplex sit multitudo, & quæ vires opprimat, & quæ vasa compleat, hoc loco sanguinem in vasis congestum, ac coaceruatum intelligit. quæ res sanguinis detractioem mirifice desiderare fatentur omnes uno excepto Erasistrato, in quæ inuehitur duobus voluminibus Galen. extat utriusque: sat est itaque lectores admonuisse. preclare addit, si nihil nos auocet. multa autem nos aliquando abstrahere solent; tempus anni, regio & animi inbecillitas; in ipsa enim detractioe animus Virgines relinquit. sed quid Virgines: non omnes eadem ferre possumus. alius ad aliud medicamentum appositus est. Valeant autem illi Medici, qui sanguinis detractioem in Virgibus, quæ graciliores videntur, tantopere perhorrescunt. qui profecto recte minime

F iudic

indicant, graciliora enim corpora referta magis sunt sanguine, quam obesa, quod et animaduertit Galen. in lib. de via, ac ratione curandi. Et ego saepe puellas defectis menstruis tabe prope correptas ad pristinam valetudinem reuocavi copiosiori sanguinis detractio-
ne. Hanc curandi rationem, quae praeceptis artis prorsus nititur sequi debent, qui Virgines Deo dicatas percurant.

πεινῶν δὲ γὰρ τὰς πόρθειους ὀκείται τὸ τοῦτον πύσχυον,
ὡς τὰ χεῖρα ἐσωικῶσι ἀισθησίη.

Ego uero auctor sum, ut Virgines, quae huiusce-
modi in alis conflictantur, ut quam celerrime
cum uiris coniungantur.

COM M E N T A R I V S.

Non enim semper medicus vel ad medicamenta, vel ad sanguinis detractionem confugere debet. petenda aliquando auxilia sunt a prudentia, quae non minus medico necessaria est, quam multorum librorum studiosa, ac diligens uolutatio; hinc illa ex libro de Venustate. Non temere profecto iudicantur.

earunt, qui sapientiam ad multa vehementer conducere constituerunt, eam scilicet, cui in vita instituenda honos habetur. Quam longe igitur aliquando ponenda est res medica; & quod prudentia deligit (quod tamen a re medica longius non recedat) sentiendum, atque agendum. Virgines autem, cum corpora commiscunt, Venarum oscula aperiuntur, Vix recluduntur, aditus patent, ac magna consequitur agitatio, & motus, cui calor quoque accedit, quod & auctor *de morbis mulierum* tradit hisce prope verbis. Naturalia fœminarum, dum venereis voluptatibus fruuntur mulieres, fricantur, ac teruntur; Uteri autem commouentur, & prurigo quædam oritur, & voluptatis titillatio, ac caliditas accedit. quapropter, & menstrua facile proueniunt, quæ defecta morbum antea efficiebant.

ὅτι γὰρ κινῶσιν οὐ γίγνεται ἰσχυρῶς.

Etenim si conceperint, ad sanitatem producantur.

COMMENTARIUS.

SI semen comprehenderit, valetudinem pristinam satis videbuntur assecutæ; semen enim ubi

F 2 com

comprehendit uterus, fœtus procreatur, & sanguis ad eum prolabitur, qui cum in Virginibus affluat horumque malorum initium attulerit, causa rejicitur, & morbus protinus abstergitur.

εἰ δὲ μὴ ἔν αὐτῶν ἀμα τῆ ὄβου, ἢ ὀλίγον ὕστερον ἀλώσεται ἐπιερ μὴ ὑδραθῶσι.

Si minus aut cum pubertate aut paulo post confluctabuntur, nisi si nupserint.

C O M M E N T A R I V S.

SI neque in matrimonium collocatæ sint Virgines, neque uterus semen amplexus sit, nihil mirum si morbus, aut dum pubescunt, aut paulo post ingrauescat; sanguis enim in hac ætate superfluit. ergo si neque gravis facta fuerit Virgo, neque cum viro coniuncta sit, tametsi semper his menstrua non suppressantur; tamen quod sæpius menstrua minime respondeant, hisce morbis confici consueverunt. Nuptiæ igitur gravissimum egregie morbum finire possunt.

τῶν

ἑαὶ δὲ ἐν ἀρρωσθίαις γυναικῶν, αἱ στέραι μάλιστ' αὐτὰ πα-
σχουσιν.

Veruntamen inter mulieres, quæ uiris coniun-
ctæ sunt, steriles magis his infestantur.

C O M M E N T A R I V S.

Quæ in ventrem ferunt, morbo se se protinus li-
berant; at quæ grauidæ minime sunt, huius-
scemodimalis conflantur; quippe quæ mensuris mi-
nus rite sæpe purgentur. ex quibus causæ pendunt, quæ
ea symptemata concitant; etenim non steriles simpli-
citer hisce malis corripuntur; verum illæ tantummo-
do, quibus menstrua rite non respondent. quibus enim
menstrua rite feruntur, hæc non subire mala verisi-
mile est; eorum enim causa protinus remota, ac subla-
ta est. Vidimus nos multas huiuscemodi morbis obie-
ctas, quæ viro coniunctæ erant; at nullas eas alere
ægritudines animaduerti, quæ in ventrem ferrent.
Ad hunc finem perductus est antiquissimus auctor
via, ac ratione diuisua; cum enim mulierum (vt di-
ximus) quædam Virgines sint, quædam nuptæ, quæ-
dam viduæ; & Nuptarum quædam semen retineant,
quædam

quedam vero abijciant . atque cum in morbis Virgini-
num . Et eorum curatione eo processisset , ut cum viris
eas coniungeret . facile animadvertit ad nuptas se perue-
nisse , quae neque praegnantis erant , neque illis men-
strua ferebantur ; in quibus cum eadem cause reperi-
tur , iisdem quoque morbis continuo confici necesse est .

COM M E N T A R I U S
F I N I S .



L V C A E ,

Apud Vincentium Busdracum .

C I D I D X X C I I .

De consensu Superiorum .